

VITÆ S. ANSELMI SYNOP. CHRONOL. XIX

accipientes investituras &c. Roma Lugdunum discedit; ubi, dum moratur, Urbanus II. quarto Cal. Aug. vita functum accipit.

Ibi tum scribit librum de *Conceptu Virginali*, &c. & Meditationem de *humana redemptione*.

1100. Pasch. II. Dum Cluniaci degeret, sermonem habuit de *Beatitudine Cœlestis Patriæ*, & nunciarus est ei obitus Guillelmi II. qui contigerat mense Augusto hujus anni. In Angliam ab Henrico II. revocatur, Cal. Octob. Dofris appulit. Hominium Regi facere renuit. Ea de re dantur inducē ad proximum Pascha.
1101. In Festo Pentecostes Anglia commota est ex Roberti Fratris Henrici II. redditu a Palæstina: pro Henrico Rege stat Anselmus. Scribit librum de *processione Spiritus sancti*; & Epistolam de *Azymo*, ad Walerannum.
1102. Anselmus Londoniæ cogit Concilium. Episcopos a Rege investitos consecrare recusat. Scribit Epistolam de *diversitate Sacramentorum*, ad Walerannum.
1103. Post Pascha, Rege annuente, Anselmus ex Anglia v. Cal. Maii egreditur: Carnotum venit. Becci Festum Pentecostes celebrat: & post Assumptionis B. V. Festivitatem Romam pergit. Circa finem Novemboris Roma discedit, & paulo ante Natale Domini pervenit Lugdunum. Lugduni manet usque ad mensem Martium sequentis anni.
1104. Concilium Rom. sub Pasch. II. Comitem de Mellento 7. Calend. Aprilis excommunicat. Anselmus ad Cellam Charitatis Ord. Cluniac. secedit: inde Blesium ad Comitissam Henrici II. fororem: cum ea ad Castrum, quod Aquila dicitur, venit; ubi 11. Calend. Aug. cum Henrico II. colloquium habet: deinde modo Rhemis, modo Becci moratur.
1105. Anselmus Henrico II. presente in Festa Assumptionis B. V. Missarum solemnia Becci celebrat: post hæc rebus cum Rege compositis, in Angliam regreditur.
1106. A Pascha ad Pentecosten in Regis Curia Anselmus infirmitate detinetur. Cal. Aug. Conventus fit Anglicanus; & in eo pax & libertas est Ecclesia reddita. III. Id. Augusti plures Episcopos consecrat.
1107. Initio Quadragesimæ Anselmus juxta Londoniam ad Regis colloquium venit. In Pentecoste Rex cum eo agit de Clericorum incontinentia. Soluta Curia Anselmus in villa Murielac plures in jejuno quarti mensis Ordinat. Post festum Ss. Petri & Pauli Cantuarium venit. Episcopum Londonensem consecrat apud Pagaham: Cantuaria vero Episcopum Rosensem.
1108. Anselmus scribit tractatum de *voluntate*: tres quæstiones de *Concordia preficiantia* &c. & instituit scribere de Origine animæ. His intentus Anselmus anno Pontif. 16. ætatis 76. Cantuaria morte preiosâ decubuit. Vixit in saeculo viginti septem annos, Monachus sine prælatione tres, Prior quindecim, Abbas quindecim, Archiepiscopus sexdecim, & his completis beato fine devixit.
- 1109.

